Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 745
Quelle:
Copyright:

CCCXLVI.

R. 935 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 150. f. per duas columnas luculente et eleganter exaratus, rubro distinctus, et olim Collegii S. J. *Viennae* complectitur S. *Aur. Augustini Libros XV. de Trinitate.* Praescriptum: *In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Incipit Liber Augustini de Sancta Trinitate.* Initium facit Locus e L. II. *Retract.* c. 15. *Libros de Trinitate, quae Deus est* &c. Hunc excipit *Epistola ad Aurelium Ep. Carthag. De Trinitate quę Deus summus* &c. Sequitur Summarium *Libb.* quod in edit. *Maur. Opp. omn.* T. VIII. *col.* 749. non habetur, quod tamen in L. XIII. abruptum est, cumque *fol.* sequens incipiat: *in humilitate. Expliciunt Capitula*, suspicor folium integrum, quod etiam *Capitum* omnium *Librorum* Elenchum continebat, excidisse. Post haec: *Incipit Liber primus. Lecturus hec que de Trinitate disserimus. prius oportet* &c. Opus integrum est, et in marginibus manu Sec. XIV. enotatum. Lectio cum Editis probe consonat. In Loco *Retractat.* legimus *in creatore amare speciem corporalem* pro *in laudem creatoris.* In *Epistola: essent profecto easdem sententias habentes multo enodatiores* omisso *etsi* et *tamen.* L. I. c. 1. n. 1. *concludunt sibimet intelligentiae vias* pro *intercludunt.* N. 2. *spiraret ęnigma* pro *spissaret aenigmata.* Item *vera immortalitas incommutabilis* pro *incommutabilitas* &c. Ita et per decursum plura non improbanda se offerent.

CCCXLVII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3320 XII. Folior. 116. 4. pereleganter scriptus et minio distinctus a *Luitboldo* Coenobita *Lunaelacensi*, ut quidem Scheda eidem inserta adserit, saepius mihi jam memorato ita inscribitur: *Incipit Liber primus Sancti Augustini de baptismo paruulorum ad marcellinum Tribunum Et Notarium.* Ita nempe: *Quamuis in mediis et magnis curarum estibus* &c. ut edit. *Maur.* T. X. *col.* 1. Sequuntur et reliqui II. *Libri* integri, quorum tamen Textus ad Editorum perfectionem non adsurgit.

II. *fol.* 99. *Incipit Liber de unico baptismo fideliter.* Scilicet ejusdem Patris *contra Petilianum.* Initium est: *Respondere adversa sentientibus et a regula veritatis errantibus Constantine frater* &c. ut edit. *cit.* T. IX. *col.* 527. Exciderunt vero extrema ab iis verbis c. XVII. *Marinum ab aquis tibilitanis, Silvanum* — — —. Lectio nihil superiore perfectior.

CCCXLVIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3319 XII. Folior. 132. 4. eleganter exaratus et rubricis distinctus sequentia D. *Augustini* complectitur Opuscula: I. *Incipit Prologus sancti augustini in libros de nuptiis et concupiscentia.* Ita: *Scripsi duos libros ad illustrem Virum Comitem Vale-*